Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

raptores · iniusti · adulti · uelut etiam hic publicanus · Ieiunio
bis in sabbato · decimas do omnia quæ possideo · Et publica-
nus alonge stans · nolebat nec oculos ad celum leuare ·
sed percutiebat pectus suum dicens · Deus propitius esto
michi peccatori · Dico uobis descendit hic iustificatus
domum suam ab illo · quia omnis qui se exaltat humi-
liabitur · Et qui se humiliat exaltabitur · Dom̃ xv · Ad cor-
Cio: Hiduciam talem habemus per christum ad deum · non
quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis
quasi ex nobis · sed sufficientia nra ex deo est · qui et idoneos
nos fecit · ministros noui testamenti · non littere sed
spiritus · Littera enim occidit · spiritus autem viuificat · Quod si ministratio
ad mortem litteris deformata in lapidibus · fuit in glo-
ria ita ut non possent intendere filii israhel in faciem moy-
si · propter gloriam uultus eius que euacuatur · quomodo
non magis ministratio spiritus erit in gloria · Nam si mi-
nistratio damnationis gloria est · multo magis abun-
dat ministerium iustitiae in gloria · Sdm̃ Marcum ·
In illo t: Exiens iesus de finibus tyri uenit per sydonem
ad mare galylee · inter medios fines decapoleos · Et addu-
cunt ei surdum et mutum · et deprecabantur eum · ut imponat
illi manum · Et apprehendens eum de turba
seorsum · misit digitos suos in auriculas eius · et exspu-
ens tetigit linguam eius · Et suspiciens in celum · in-
gemuit et ait illi · Effeta · quod est adapire · Et statim
aperte sunt aures eius · et solutum est vinculum linguæ
eius · et loquebat recte · Et precepit illis · ne cui dicerent ·
Quanto autem eis precipiebat · tanto magis plus p-
dicabant · eo amplius admirabantur dicentes · Bo-